

Annus egit equos: Præsul prius esse putavit,  
 Vnam conjugii, sibi, fœdere, jungere nuptam  
 Ac Eungelii profiteri conscia verbi  
 Dogmata, quã fœdos passim exercere hymenæos  
 Pluribus Imperii Ducibus, magnisq; Dynastis,  
 Quos minus Ausonia novit subscribere cause,  
 Consilium hoc aperit, tantisq; accommoda rebus  
 Postulat auxilia, & dignũ hac ad cœpta paratũ.

Hoc princeps illum cupientem noster adivit,  
 Quĩ fieri & possint tantarum exordia rerum,  
 Mutua consultant. Sacer est ingensq; Senatus  
 Relligiosorum, quĩs templi cura virorum  
 His, sibi propositi quid sit fidenter ad aures,  
 Deferri jubet, illorum & suffragia poscit,  
 Conjugium sibi concedant quod Apostolus ipse  
 Concedat sanctis verbi, templiq; ministris.  
 Id quod Germanis sacra per collegia mystis,  
 Edita libertas permittat Relligionis.

Non fore redditibus connubia talia fraudi,  
 Sedis Episcopie quicquam. responsa Senatus  
 Ille Sacerdotum multas protelat in horas.

Interea noster Bonnæ Dux sponte moratur.  
 Illic privatim, magnaq; Colonia in urbe,  
 Intemerata Dei sum dogmata voce professus.

Atq; Electorem vinclo tum rite jugali  
 Conjuge cum cara, solenni more sacravi.

Nec minus & proceres sat agũt, armisq; parãt se,  
 Præsulis & quas res possunt decerpere, carpunt.  
 Venit dicta dies: responsum optabile Præsul,  
 Expetit id corãm quoq; Dux petit ipse Joannes.

Postulatio à  
 Capitularib.

1588.

Capitulares  
 Episcopum  
 oppugnant.